



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

De libris qui tunc aperientur. De memoria electorum si tunc præterita
mala teneat. D

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

Exod. ii. aduentus Christi dies dicitur Dñi, non pro qualitate tēporis, sed rerum: quia tunc cogitationes &

Daniel. 7.c. confilia singulorum patebūt. Vnde in Daniele, Ve-

Matt. 10.c. tustus dierum sedit, & libri aperti sunt coram eo.

1. Cor. 4.c. Libri sunt conscientiæ singulorum, quæ tunc ape-

rientur aliis. Et tunc implebitur, nihil occultum

quod non reueletur. Adueniente a. summo iudice,

non solum aeris tenebræ illuminabuntur, sed ab-

scondita cordium manifestabuntur. Virtute ergo

diuina fiet ut cuiq; opera sua bona vel mala cuncta

in memoriam reuocentur, & mentis intuitu mira-

celeritate cernantur: vt accuset vel excusat homi-

nem conscientia, eaq; teste damnetur vel saluetur.

De memoria electorum. si tunc præcedentia mala teneat. D

Hic quæritur, vtrum electis tunc adsit memo-

ria præcedentium malorum, sicut bonorum? Qua-

Esaias 65.c. dam auctoritates videntur tradere bonos non ba-

bituros tunc memoriam præcedentium malorū,

id est, peccatorum vel tormentorum. Ait enim E-

Ibid Hiero. saias, ego creo cœlos nouos, & terram nouam: &

& Gloss. su- non erunt in memoria priora, & non ascendent

per illū locū. super cor, sed gaudebitis in æternum. Item, Obli-

Esa. 65.10.5. uionis trāditæ sunt angustiæ priores, & absconditæ

ab oculis nostris. Quæ de futuro exponens Hiero-

ait, Obluioni tradentur priora mala: quia forsitan

in futuro pristinæ cōuersationis memoria omni-

no delebitur, succedentibus bonis æternis: ne sit

pars malorū, prioris angustiæ memorari. Sed hz

& his similia possunt accipi sic, vt omnia excludat

memoriā præcedentium malorum, sed ex ea mo-

lestam & lēsionē amoueant. Non n. eorum me-

moria sanctos contristabit, vel eorum beatitudi-

Greg. lib. 4. nē obfuscabit, sed gratiore Deo reddet. Vnde su-

moraliz. c. 24. ad illud Iob pér Ps. 88. ait Greg. Quomodo in æternum miseri-

3. Parvus & cordias domini canit, qui miseriæ non meminit

magnus ibi. Quomodo autē plena beatitudo, si memoria rea-

funt. tuus mentē tangit? Sed sāpe lati tristium memini-

mus,

in de-

li pr-

ip fu-

derc-

quæ-

dear-

doru-

sum-

pote-

ta, ill-

Qu-

stus,

pori-

mor-

dicē-

port-

Ad h-

uo sp-

mor-

Omi-

semi-

a.no-

corp-

prot-

uisce-

rect-

loci-

pulu-

go sa-

tes,

rapt-

dē n-

post-

illuc-

scil.

mus, & sani dolorum meminimus sine dolore: & inde amplius leti & grati sumus Ex his appareret, q̄li priorum malorum memoriam sancti habebunt in futuro, non eis tamē erit ad pœnam vel gloriæ derogationē, sed aī gratiarum actionem. Si vero quereritur, utrum peccata quæ fecerunt electi, prodeant tunc in notitia omniū, sicut mala damnationis omnibus erunt nota. Non legi hoc expressum in scriptura. Vnde nō irrationaliter putari potest, peccata hic per pœnitentiam recta & deleta, illuc etiam tegi alijs: alia vero cunctis propalati.

Dē his qui viui reperientur.

E
Aug. de ciu:
Dei, lib. 20:
cap. 20.

1 Cor. 15: 6
Ibid. Aug.
ad finem ca-
pituli 20.

Quæri solet, Vtrū illi, quos viuos inueniet Christus, si nunquam omnino morituri sint, an ipso temporis puncto, quo rapiētur obuiā Christo, ad immortalitatē mira celeritate sint transiit? Non nondicēdum est, fieri non posse, ut per aëra in sublimē portetetur, in illo spatio & moriantur & reuiuiscat. Ad hunc a. sensum, quo existimamus illos in paruo spatio & passuros mortem, & accepturos immortalitatē. Apost. nos vrgere videtur, ubi dicit. Omnes in Christo viuiscabimur. Et alibi. Quod seminas non viuiscatur, nisi prius moriatur. Cur a. nobis incredibile videatur, illam multitudinem corporum in aere quodāmodo seminari, atq̄ ibi protinus immortaliter & incorruptibiliter reuiuiscere, cum credamus in iētu oculi futurā resurrectionē, & in membra fine fine victura, tanta velocitate redditurum antiquissimorum cadauerum puluerē. Sed vellem de his potius audire Dd. Si ergo sanctos, qui reperiētur Christo veniente viuētes, eiq̄ obuiam rapiētur, crediderimus in eoden raptu de mortalibus corporib. exituros, & ad eadē mox immortalia reddituros: nullas in verbis apostoli patiemur angustias, generaliter accipiētes illud quod dictum est. Omnes quidē resurgemus, scil. tam boni quam mali: sed non omnes immu-

M III tabi-

1 Cor. 15: 2